



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De morte Comitis Fulkensis haeretici, ob blasphemiam occisi, cap. 51.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Iterum, non obdormiuit, sed de requie transiuit ad laborem, de delicijs ad miseriam.

CAPVT L.

IN eodem regno alius quidam clericus fuit, & ipse vitiosus valde, sicut & superior: qui cum admonitus fuisset ab amicis de confessione, essetque ei allatum corpus Domini à sacerdote, accipere noluit, vertensque se ad parietem, sic ait; Tuba canit apud inferos, eamus hinc: sicque expirans, tubam secutus est infernalem. APOLLONIVS: Si sic Deus execratur diuitias atque superbiam, puto quòd valde puniat blasphemiam. CAESARIVS: Valde Deus punit quandoque illud vitium, etiam in infidelibus, sicut nuper didici ex relatione cuiusdam monachi Vilarientis, qui circa hæreticos Albienses cum domino Conrado Cardinali satis laborauit.

CAPVT LI.

COmes Fulcensis hæreticus, & hæreticorum *De bla-*
coadiutor, cum vltimum castrum suum reha- *sphemia,*
beret, in tantam erupit blasphemiam, vt dice-
ret; Velit nolit Deus, velit nolit ecclesia Romana, &
omnes sancti, ego terram meam rehabebo: moxque
de equo, cui infidebat, ruens, horribiliter torquebatur,
& cum à militibus esset eleuatus, denuo ruit, pœnam
soluens blasphemiae. Reductus verò in domum suam,
primùm torqueri cœpit in pedibus, deinde in cruri-
bus, postea in pectore, & cum ei relictum fuisset offi-
cium linguæ, si fortè pœnitere vellet, ipsamque con-
fessionem prorsus contemneret, circa quatuor men-
ses, à die quâ percussus est, impœnitens expirauit. Hæc
de diuitijs, superbia, atque blasphemia dicta sint.
Quanta verò pœna prædonibus præparata sit, finis
vnius ostendat.

CAPVT LII.

Circa illud tempus, quo Philippus rex inimica-
batur Colonensibus propter Ottonem, sa- *De præ-*
telles quidam Ioannes nomine, cognomenro Da- *donibus*
aus, prouincia deprædat^o est. Hic cum post multa ma-
la moriturus esset, diabol^o moriendi nimis importunus
fuit;